et inter plaudentes Angelorum Choraulas rudi licet voce, aman-
tamen animo: io triumphe, Mariae occinere: in hac vero
tam magna, tamque ineffabili gloria duo maxime consideranda
arbitror gloriam triumphantis Coeli applaudentis gaudia. Glo-
riam vero triumphatricis Reginae, quid qui oratione se
complecti posse speret, ardebant insoliti splendoris luce ful-
gurantes stellarum faces et singulae seipsas excedere contende-
bant, Luna eo copiosius radiorum suorum fulgores augebat
quo maior gloria illius foret, à qua se superari agnoscebat: quid
solis splendores, quid Angelorum plausus commemorem: facessant nunc
illi antiquorum triumphi, quos cum vobis recensebo umbras eorum, ex
quarum intuitu Triumphatricis nostrae gloriam videntis cogitate.
Triumphavit itaque magnus Pompeius tribus orbis terrarum par-
tibus, at ita tamen triumphavit, ut cui defuerat terra ad
victoriam deesset ad sepulchrum. Maria non de tribus trium-
phat terrarum partibus, sed de toto orbe, non de toto orbe
tantum sed de ipsa Coelorum magnitudine. Pompeium Roma flo-
ribus excepit, Mariae ipse Olympus triumphanti rosas spargit
illam non Cives romani, sed Angeli non Equites sed Archangeli
non Senatus non Consules non dictatores ad Capitolii templa